Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Nobe

Conuertere tu et interfice in sa-
cerdotes dni. Conuersusque
doech idumeus irruit i sac-
dotes, et trucidauit in die
illa octoginta quinque viros
vestitos ephod lineo. Nobe
aut ciuitate sacerdotum percussit
more gladii viros et mulieres
pueros et lactentes boues
et asinos et oues more gladii.
Euadens autem filius vnus achi-
melech filii achitob cui no-
men erat abiathar fugit ad
dauid, et annunciauit ei quod
occidisset saul sacerdotes dni.
Et ait dauid ad abiathar. Sci
ebam enim in die illa quod cum
ibi esset doech idumeus paul-
dubio annunciaret saul. Ego fu-
turus omnis animas parentum tuorum. Ma-
ne mecum. Ne timeas. Siquis
quesierit animam tuam, quaerat et
anima mea mecum seruaberis.

Capitulum 23

Et annunciauerunt da-
uid dicentes. Ecce
philistei oppugnant
ceila et diripiunt areas. Con-
suluit igitur dauid dnm dicens.
Ibo ergo et percutiam philis-
teos istos. Et ait dnus ad
dauid. Vade et percute phi-
listeos, et saluabis ceila. Et
dixerunt viri qui erant cum
dauid ad eum. Ecce nos hic
existentes in iudea timemus
quanto magis, si ierimus in
ceila adversus agmina phi-
listinorum. Rursum ergo dauid
consuluit dnm. Qui rudens
ait ei. Surge et vade in
ceila. Ego enim tradam philiste-
os in manu tua. Abiit dauid
et viri eius in ceila. Et
pugnauit adversus philis-
teos, et abegit iumenta eorum
et percussit eos plaga mag-
na, et saluauit dauid habi-
tatores ceila. Porro eo tem-
pore quo fugerat abiathar filius
achimelech ad dauid in ceila
ephod secum habens descendebat.
Nunciatum est saul, quod venisset
dauid in ceila. Et ait saul.
Tradidit eum deus in manus
meas, quia clusus ingressus
est vrbem in qua porte et se-
ra sunt. Et precepit saul omni
populo, vt ad pugnam descende-
ret in ceila, et obsideret
dauid et viros eius. Quod
cum didicisset dauid, quod tra-
mat ei saul clam malum. Dixit
ad abiathar sacerdotem. Appli-
ca ephod. Et ait dauid. Dne
deus israel audiuit seruus tuus
famam, quod deponat saul
venire ad ceilam, vt euer-
tat vrbem propter me. Si
tradet me ciuis vrbis ceila
in manus eius, et si descen-
det saul sicut audiuit seruus
tuus. Dne deus israel indica
seruo tuo. Et ait dnus. Des-
cendet. Quesiuit rursum da-
uid. Si tradent viri ceila
me, et vrbem qui sunt mecum
in manus saul. Et dixit dnus.
Tradent. Surrexit ergo
dauid et viri eius, qui sexcen-
ti, et egressi de ceila huc
atque illuc vagabantur. Nun-
ciatumque est saul, quod
fugisset dauid de ceila et
saluatus esset. Et ideo obtem-
dissimulabat exire. Mora-
batur autem dauid in deserto
in locis firmissimis mansit que